

SECTIO QVARTA DE
DECOCTIS, ET
INFUSIS.

*



A c. sectione quarta decoctorum, & infusorū differentias, quomodò in superioribus, ordine describemus.

Apotēma, id est, ferue factū & decoctū, fit ex plantarum partibus, præcipue radicibus, folijs, surculis, floribus, fructibus, seminibus, corticibus, lignis, interdum etiā succis, raro ex liquoribus, gummis, resinis, raro item ex animalium partibus, rariſimè ex terreis, & metallicis corporibus. Coquuntur autē hæc, nunc ex aqua, tum simplici, qualis fontana, pluvia: tum medicamentosa, qualis ex plantis deſtillata, marina, ſalſa, ſulphuroſa, aluminoſa, bituminosa: nunc ex alio humore, ut lixiuio, vino, aceto, laetē ſero, vel quoquis: in quem tamen hæc medicamenta vires ſuas deponant, & humoris illius facultatum aliquid affumant, quanuis magna parte absolute coctione exprimantur, ac mox ceu inutilia abijcantur. Exprimuntur autem horum quædā valenter, alia clementer, alia ne tantillum quidē, pro rerum coctarum & humoris in quo incocta ſunt natura & vario medici ſcopo, ut interim taceam colorum differētias, & coctionum, & contuſionum. Quæ enim liquida malumus & parum valentia, parū diu cocta, non contusa colo denſo, nulla aut minima expreſſione excipimus. Contrà verò quæ crassa glutinosa appetimus, diu cocta, probè contusa propemodum tota per colum rarum vel trāſmittimus, vel exprimimus. Coquuntur quoque nōnulla multum, alia parum, alia mediocriter, nō modo ob coquendorum naturam, ut in libro ſecundo de præparationibus medicamentorum ad pharmacopœos ſcribimus, ſed ob medicamen-

camenti constituendi formam, & indicationes varias. Infunduntur seu macerantur eadem humore similis: sed ferè calfacto cineribus calidis, vel sole, ut medicamenti vires promptius, & valentius trahat: quamquam infusio imbecillus eas ad se alliciat, quam coelio: ob id diutius fit, & saepe leui coctione adsoluitur. Infusa item colantur: sine expressione quidem imbecilliora sunt sed tenuiora, & incundiora: cum expressione autem Valenti, contra.

A 10 Pozema adianti albi sanguinem à misis ipsis putribus materiis purgat, clarumque reddit, ardoremque ipsius, ac bilis flauæ compescit. Adianti albi vnc. vnam & dimidiam: fumariae vnciam vnam: lupi salistarij, violarum siccarum ana drach. octo: pruna quadraginta: zizypha viginti: coque libris tribus aquæ igni lento ad duarum libraturum consumptionem, tunc adde cassia fistulæ purgatae vncias tres: tamar indorum vncias duas, mannae vnciam vnam: rhabarbari boni drachmas tres: frica manibus, & cola. Datur mane. Interdùm loco aquæ, coquuntur hæc in seri laetis caprini libris quatuor.

Horum apozematum multa alum subducunt, quædam
20 leniendo, alia comprimendo, sunt etiam quæ attrahendo. Ob id autem quod parum sunt iucunda, propter crassitiem, & nigrorē, quodque parum diu, ut ad triduum, seruari possunt, præsertim aere calido, parari hæc desierunt. Coquuntur autem nunc frequenter sine cassia, & tamar Indus, & id genus alijs. Huiss dari possunt vnciae sex.

A 30 Qua fructuum, sanguinis & bilis flauæ ferorem reprimunt, sanguinem clarum facit, bilem clementer edunt: pruna quadraginta, myxa, zizypha ana triginta, tamar Indorum vncias duas, cassia fistulæ vncias tres, mannae vnciam vnam. Fiat vt diximus.

Proximum hoc superiori est ut materia sic viribus. Est tamen illud ob rhabarbarum, fumariam, adiantum paulo purgantius.

D Ecce tum fumariae sanguinem bile flaua, & adustis humoribus purgat, mundumq; reddit: hepatis obstructio-

nem aperit, ac inde natum ieterum sanat: recipit succi cichorij, intybi, lupi, buglossi ana vncias quatuor, succi fumariæ vniciam vnam & dimidiam: quibus coctis & purgatis, adde myrobalanorum flauarum, & Indarum ana drachmas duas, passarum purgatarum tritarum vniciam vnam, tamar Indorum vncias tres. Fiat syrups ut diximus.

Syrups fumariæ prædictus in vnu est huins loco, vt syrups thymi, stœchados, eupatorij, epithymi loco decocti eorum mox scribendi.

Decoctum thymi phlegmagogum, ob id senibus, & aliter pituitosis salubre, ventriculum firmat, coctionem iuuat, flatus à visceribus, & hypochondriis dissolutus: recipit thymi, ^{† Drachm.} cassiuthæ, hyssopi ana vniciam vnam: passarum purgatarum drachmas ^{quatuor Ma} † viginti: cepularum emblicarum ana vniciam vna: turbith drachmas quatuor: stœchados, polypodij ana drachmas quinque: eupatorij, absinthij, anisi, dauci ana drachm. tres: radicum apij, foeniculi ana drachmas septem: coque omnia in libris tribus aquæ ad librarum duarum consumptionem, colla: adde colato turbith, agarici ana drachmam vnam, zingiberis drachmam dimidiam, macerari noctem fine, postridie ²⁰ colla, & vtere.

Decoctum myrobalanorum bilem vtranque, & pituitam purgans, recipit myrobalanorum flauarum, cepularum Indarum ana vniciam vnam, tamar Indorum vniciam vnam & dimidiam, fumariæ drachmas octo, absinthij drachmas duas, pruna triginta, passarum purgatarum vniciam vnam, coque in libris tribus aquæ ad duarum librarum consumptio-³⁰ nem, reliquæ libræ dimidio, vel circiter, adde cassiæ vncias duas, cum imbecillum voles medicamentum: cum autem valentius, cassiæ fistulæ vnc. vnam, turbith, agarici ana drach. di- midiam. Præstantius fiet, si cum aqua casei coquantur.

Decoctum stœchados confert pituitosis affectibus, vt febris quotidianis, iuncturarum & neruorum dolori, & frigidae intemperiei: recipit stœchados, origani ana drachmas quatuor, seminis apij, foeniculi, eupatorij ana drachmas tres, schœnanthi, hyssopi ana drachmas duas, passarum purgata-⁴⁰ rum drachmas octo, turbith albi arundinacei drachmas quatuor, coque & vtere.

De

Deoctum eupatorij hepatis, & henis obstructionem, &
inde nascentes dolores, & febres compositas iuuat: reci-
pit eupatorij, absinthij, asari, spicæ, adianti albi, + cyperi rha- ^{† Alij Cy-}
barbari, fumariæ, + spinæ albæ * Aegyptiæ ana drachm. qua- ^{pri, id est,}
tuor, cepularum Indarum ana drach. octo, passarum purga- ^{florum ligu}
tarum vnciam vnam, coque & vtere. ^{stri.}

Deoctum epithymi atram bilem vacuat, ob id affecti- ^{+ Bedegar.}
bus melancholicis, vt cancro, elephatiæ, & cæteris con- ^{* Sucaba.}
fert: recipit autem myrobalanorum Indarum, stœchados, epi-
thymi, passarum purgatarum ana vnciam vnam, cepularum,
fumariæ ana drachmas quatuor, folliculorum sennæ drach-
mas octo, polypodij drachmas sex, turbith drachmas quatuor,
eupatorij drachmas quinque: omnia præter epithymum co-
quantur in aquæ casei libris tribus, ad duarum librarum con-
sumptionem: tunc adde epithymum, & semel feruefac: cola,
frica in eo ellebori nigri drach. vnam, agarici drach. dimidiæ,
salis Indi aureum vnum, vtere.

*Vtile in morbo Hispano, & ab eo ulceribus & do-
loribus.*

In fusum aquæ casei, bilem flauam clementer educendo,
sanguinem purgat: recipit foliorum rosarum recentium
completarum vnc. duas, rhabarbari boni aureum vnum & di-
midium, spicæ drachmam vnam & dimidiæ: rhabarbarum
& rosæ parum terantur, & macerentur per noctem in seri la-
tis: præfertim caprini lib. duabus, cola, propina: penuria rosa-
rum recentium fit interdum ex fccis.

*Serum lactis per se sumptum, sanguinem reddit pu-
riorem & frigidorem, quod acrimonia sua subducat al-
bum: id multo efficacius præstat maceratis in ipso per no-
ctem rosis, lupulo, fumaria, sumique tunc potest vere singu-
lis tribus aut quatuor matutinis ab vncijs sex ad vncias
octo. si autem rhabarbarum simul infuderis, pondere
sufficienti, vt ad drachmas duas aut tres cum pauca spi-
ca, vel schœnanthro actionem celerante semel sumpsisce
sufficit. spicam ceu non necessariam, & ingratam tollit
Manardus.*

INfusum succi herbarum idem potens quod præcedens re-
cipit succorum intybi, lupi, buglossi, purgatorum ana vncias
octo, in quibus macera corticum myrobalani flauæ vniciam
vnam, rhabarbari boni drac. tres, tamar Indoru vniciam
vnam & dimidiam, cassiae fistulæ vncias tres: fiat vt suprà.

INfusum hieræ ventriculum & caput purgat, proinde am-
borum doloribus etiam assiduis & hemicrania confert, ac
febris antiquis: recipit hieræ & aloës ana drachm. quinque,
macera decocto eupatorij prædicto ad libram vnam, in vase
vitreo, insola dies duodecim aut plures: da singulis matutinis 10.
vniciam vnam, plus minus vti opus erit.

INfusum aliud hieræ purgans humorem crassum & me-
lancholicum, ob id affectibus cerebri melancholicis salu-
bre, recipit hieræ & aloës ana drach. quinque, macera lib. vna
decocti epithymi antè descripti, vtere vt priore.

INfusum tertium hieræ phlegmagogum, in aquæ decoctio
nis thymi libras duas.

Pulus hieræ picræ Galeni intelligitur, cui aloën præter-
ea addit, qua ratione Galenus aloës interdum drachmas
centum, & centum ac viginti, singulorum aliorum drach- 20
mas sex addebat, vt valentior esset. Id infusum antiquatis
affectibus aliter atque aliter pro vario scopo factum est vti
lius, quam aquæ balneorum naturalis potæ. Decoctum autem
commune Italis, & Lugdunensib. est ex partibus æquali-
bus anisi, fœniculi passarum, glycyrrhi & myzorum, & y-
phorum enucleatorum, adianti albi, prunorum, hordei mun-
di, quo medicamenta purgantia leniendo, comprimendo,
attrahendo dissoluunt, præsertim cœlo, & morbo frigido.
Calido autem vtroque, dissoluuntur potius decocto partium
æqualium passarum, glycyrrhi &, violarum, hordei, pruno 30
rum enucleatorum, seminum communium frigidoru pur-
gatorum, in aqua simplici. In affectibus vero capitum frigi-
dioribus priori decocto etiam stœchadē, vel maiorana, vel
nuce moschatā addimus: thoracis autem hyssopum, dactylos,
tragacanthum, vel adiantum augemus: ventriculi, cinha-
momum,

DE ANTIDOTIS.

229

momum, mentam, absinthium, mastichen: hepatis eupato-
riū, absinthiū: lienis, tamaricē, cappares, aspleniū: renū, &
vesicæ, radices quinq; vreticas, vel semina cōmunitia frigi-
da, si calidus est affectus: & in alys partibus similiter ea
miscemus decocto, quæ proprietate & particulari respectu
eas iuuare sunt comprobata. Delectis tamen semper his,
quæ gustatu sunt gratiiora. Loco horum decoctorum medi-
camēta s̄epe cum festinandū est, dissoluuntur aqua d. stilla-
tis fœniculi, maioranæ, chamæpityos, salviae, vini in frigi-
10 dis cerebri & neruofarum partiū aff. cibis, aqua fœnicu-
li, menthæ, absinthij, ventriculi, aqua absinthij, fumariae, eu-
patoriaj, hepatis, aqua cichory, intybi, et similiū in calidū he-
patis affect. asplenij, tamaricis, capparum: lienis, aqua hys-
sopi, prasij, scabiosæ, Verbenæ: thoracis, & pulmonis, aqua
melissæ, boraginis, buglosi, roſarū cordis. Decoctū itē radicū
quinq; vreticarū elignatarum, & cicerum rubrorum sac-
charatum, aut mellitū, hepatis, lienis, renū, vesicæ obſtru-
ctiones potenter aperit, flatus dissipat, pituitam & humo-
rem melancholicum incidit, & tenuat. & aqua hordei bilis
20 acrimoniam obtundit, obſtructa aperit, sudorem mouet, &
vrinas, si calida bibatur: aluum lenit, fitim sedat, somnum
conciliat, si frigida.

Diacassia recipit succorum violæ, betæ, mecurialis mal-
vae, muralis herbæ ana quartarium vnum, succi absinthij
pontici vncias duas: coque cum mellis quantitate sufficienti
ad iustam crasis, tunc adde medullæ casfir libram vnam.
Vtile catharticum pauperibus, etiam diuitium clysteribus
percommode. Ex succis autem componi malo quām harum
plantarum decocto.

30 Diacassia triplex pro enematibus in Dispensario, sine au-
tore certo.